



ASTRI
INEXTINCTI
THEORICAE

Num. 12. cap. 8. num. 4.

28 - 8 - 20

1a



18295

ASTRI
INEXTINCTI
THEORICAE

Sive

IVS AGENDI
ANTIQVORVM ORDINVM
pro recipiendis Monasterijs, quæ
non nemo malè appellat sua,
confutatum

à R. P.

VALENTINO MANGIONIO

Perusino è Societate IESV,

IN SACRAE POENITENTIARIAE

Signatura, Sanctiss. D. N. PAPÆ

Consultore-Theologo.



COLONIÆ AGRIPPINÆ

In Officina Birckmannica, sumptibus Hermannii Mylij,

Anno M.DC. XXXIX.

Cum Privilegio S. Cæs. Maiest. & Superiorum permissu.



des Coll^gal de la Comp^a des J^{es} de Salaman^{ca} & de la libreria



FERDINANDO TERTIO CÆSARI,



INTER Astra, vni (quod Te non
fugit CÆSARVM SAPIENTISSIME)
datum est Vrsæ,

*Vt, quæ summo vertice Mundi
Flectit rapidos vsq; meatus,
Nunquam occiduo lota profundo,
Cætera cernat sydera mergi:*

quemadmodum doctus æquè Philosophus, atque
Heros inuictus BOETIVS cecinit. Hinc discere po-
terat R. P. F. Romanus Hæye contentus esse, Eccle-
siasticum Cælum pulcherrimis Astris frequentasse
(sunt enim Monasteria verè *Astra*) Non debuit
complura ex illis facere *Inextincta*, memor, vnam

PRAEFATIO AD LECTOREM.

QUATVOR circiter anni sunt, cum GASPAR SCIOPPIVS, magnum inter Criticogrammaticos Nomen, nullum faciens modum euomendi virus in Societatem IESV conceptum, iustæ magnitudinis Volumen typis Sangeorgianis (locus est in Vtopia) euulgauit, cui titulus est ASTRVM INEXTINCTVM, siue Ius agendi, antiquorum Religiosorum Ordinum pro recipiendis Monasterijs suis, &c. In Astrologia verò Ecclesiastica Operi præfixa, palàm profitetur, Lucubrationem illam non esse suam, per commodè, inquiens, euênit, vt Liber hic à quodam magnæ virtutis & eruditionis Sacerdote Benedictino conscriptus, in meas manus veniret. Credimus, vel te tacente, Tuo cribro talis farina non subcernitur. Credimus & hoc, quicquid admixtum est fursuris, (nec est sanè parum) esse à tuo piestrino, vt propterea mirari desinamus, totam massam esse corruptam. Huius, quod dico Voluminis contra se scripti, breuissimam Censuram edidit illicò R. P. Paulus Laymannus, quâ unum quasi sub aspectum

A posuit